DEO favente

Poëma Elegiacum

in

NATALEM DOMINI

qui

ille salvere jubetur.

Esse quid hoc dicam, cinctum quod Phoebus ab ortu
Deserit angustum, spargit et ipse comam,
Quam tenus hac licuit nequaquam spargere latè
Tramite ab excelso lucis inurque solum?
Elato spirarent jam nunc temone jugales
Efflantes roseum naribus ignis opus.
Phoebus item lucem meliori sidere spargit,
Nubila nulla polus conspicienda patent.
Diffugiunt nebulæ: Zephyrus, Austrusque, Notusque
Æolus in vinclis carceribusque premit [tenet].
Ecce novi incipiunt longè procedere menses,
Terraque frugiferans subsilit atque nitet.
Fallor? an illa redit solari luce annua partus
Quâ Deus è castâ Virgine prodit homo?
Est illa Natalis coelo demittitur alto
Maximus è reliquis, summus et ipse dies.
Salve festa dies, albo signanda lapillo,
Aurea lux salve terque quaterque mihi!
Sit tibi nubis hyems, saevis Aquilonibus undas
Quae asperat et spargit corpora nostra nive
Crebra ruat summis quâ pendens stiria tectis,
Quâ flumi pigro diriguere gelu,
Quâ sibi quisque suos, brumâ suadente, Penates
Quaerit et ante focos alta somnia agit,
Omnia quâ torpent, desit quâ avalia florum
Quâque errant solæ per nemus omne ferae,